



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Census

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

& non atroci possunt absolvvi ab Episcopo sine onere se praesentandi Sedi Apostolice. *ibid. resol. 56.* & possunt etiam absolvvi percutientes Clericos in virtute Bullæ Cruciate, etiam ab enormi percussione. *ibid. resol. 57.*

*Fœminæ posse
sunt absolvvi
ab Episcopo.*

42. Episcopi possunt absolvere impuberis, & puberes doli capaces ab hac censura propter percussionem Clerici, nec tenentur se praesentare Sedi Apostolice. *ibid. resol. 59.* Itidem fœminæ possunt absolvvi ab Episcopo pro quacumque percussione, *ibid. resol. 59.* Itidem personæ delicatae, quæ Papam adire non possunt, possunt ab Episcopo absolvvi, monito prius Papa de eorum statu. *ibid. §. Notandum.* Senes sexagenarii & etiam quinquagenerarii non tenentur Papam adire, sed ab Episcopo possunt absolvvi. *ibid. resol. 60.*

*Servi possunt
absolvvi ab
Episcopo.*

43. Servi delinquentes in præjudicium Dominorum, vel patris familias, ut eant Romam Clericos percutiunt, sic etiam vir in damnum uxoris, impubes, & pubes in præjudicium patris, tales sunt absolvendi ab Episcopo, cum adjunctione orationum, Jejuniorum, & similium, pro recompensatione iteris; *ibidem. resol. 61.* tamen quamquam servi, ut dictum est possunt absolvvi ex duobus capitibus; si percussio sit tam gravis, & excessus enormis, & ad scandalum, & pravum aliorum exemplum mittendi sunt ad Sedem Apostolicam, & eadem est ratio de Religiosis. *ibid. §. Nota etiam.*

*Pauperes, &
infirmi pos-
sunt ab Epi-
scopo absolvvi.*

44. Pauperes, & infirmi, & valetudinarii, tales à timoratis viris judicati non tenentur adire Romam ob absolutionem huius censuræ, hi omnes possunt ab Episcopo absolvvi. *ibidem. resol. 62.* Addo tamen, quod excommunicatus impeditus recurrere ad Papam, potest absolvvi ab Episcopo jure communii, etiamsi percussio sit publica, & enormis. Pro majori declaratione ponam impedimenta. Primo periculum mortis. Secundo, infirmitas longa. Tertio, inimicitia capitalis. Quartu, paupertas. Quinto, senes, & impubes.

Sexto, qui est sub cura parentum. Septimo, obligatio alendi uxorem, filios, & familiam. Octavo, cura animarum. Nonno, servitus, utsupra. Decimo, fragilitas sexus, & quodlibet impedimentum legitimum judicatum arbitrio boni viri, & talis impeditus non tenetur mittere Epistolam, nec procuratorem pro absolutione, attame sic absolvitur cessante impedimento tenetur se praesentare Papæ, ita Avila, sed hoc semper intelligitur satisfacta parte. *Ibid. §. Adverte etiam.*

45. Episcopi possunt absolvere ab omni excommunicatione occulta, nec deducta ad forum contentiousum. *ibid. resol. 63.* Ab impeditis legitimo impedimento, & ex decem capitibus supradictis, non tenetur Episcopus exigere iuramentum imadeundi Pontificem. *ibid. resol. 64.* Et non desunt viri docti serventes, Regulares privilegiatos posse absolvere seculares à casibus occultis Bulla Cœnæ (tamen Pellizzarius ait non esse recedendum à negativa sententia) à fortiori possunt absolvere à percussione enormi occulta. *ibid. resol. 65.*

*Ab omni ex-
communica-
tione occul-
ta, & non
deducta in
foro conten-
tioso.*

*Ab impedi-
tu non potest
exigere ju-
ramenum.*

C E N S U R A.

1. **C**ensus redimibilis non est prohibitus per Pium V. quando in eo servetur justitia in pretio, cum sit approbatum à Communi calculo D.D. ut justum, & licitum prohibuit tamen illitos census. Molina, & alii part. 10. tract. 12. resol. 3.

*Non est prohi-
bitus cen-
sus redimi-
bilis.*

CESSIO BONORVM.

1. **C**essio bonorum est actus, quo creditor, qui non est ad solvendum sufficiens, omnia sua bona creditoribus dimittit, ut carceris situm, & squalorum, aliasque molestias evitet. Nam priscis temporibus constitutum erat, ut qui ari alieno satisfacere non possent, privata auctoritate in vicula conficerentur, atque aliis pœnis afficerentur. Sed lege Julia (a Caio

*Cessio bonor-
rum quid-
sit.*

T 3 Julio